



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Incllyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietary Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt XXIV. Idem. (a) Episcopo Zamorensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

CAPVT XXIII.

Idem (a) *Bisuntino Episcopo.*

Uis questionibus respondemus, quod clericos in (b) minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes unde possint congruè sustentari, etsi nondum fuerint beneficium Ecclesiasticum assequuti, dummodo aliud canonicum non obstat, ad superiores poteris ordines promovere.

NOTÆ.

- (a) *Bisuntino.* Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 9. & in cap. suis, de testibus, ubi extat alia pars hujus decretalis, ut jam ibi notavi.
- (b) *In minoribus.* Ex hoc textu deducitur, ad

ordines minores promovendos non egere speciali titulo beneficii, vel patrimonii; ad majores verò gradus cooptandos, debere ad titulum beneficii, seu patrimonii ordinari, jam probavi in cap. 4. hoc tit. ex quo commentatio præsens pendendum est.

CAPVT XXIV.

Idem. (a) *Episcopo Zamorensi.*

Accedens ad Apostolicam Sedem. *Et infra:* Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod clericus absens, per alium, vel alius magis pro ipso poterit de beneficio Ecclesiastico investiri.

NOTÆ.

- (a) *Zamorensi.* Hanc inscriptionem retinet Cujacius hic, licet Glossa marginalis emendet *Baton.* seu *Laton.* Sed licet non habeamus hanc Innocentii Decretalem inter ejus epistolæ hucusque editas, integram litteram restituere possumus, & epigraphen ex cap. final. de rapin. ubi dabimus.

procurator in his tantum præstare ministerium creditur, l. & licet 15. ff. de constit. pecun. l. quod meo 18. ff. de acquir. possess. docent Cujacius lib. 19. Pauli ad edict. in d. l. licet, & lib. 18. ob serv. cap. 2. Donellus lib. 8. comment. cap. 5. Bronchorst. cent. 3. assert. 91. Valentia tom. 1. illustr. tract. 2. cap. 8. num. 23. sive investitura in beneficio accipiat pro possessione, sive pro jure adipiscendi beneficium, poterit per procuratorem recipi, cap. olim, de rescript. argumento legis 4. ff. de donat. Probat Lambertinus lib. 2. de jure patron. 2. p. 98. art. 8. fol. 160. nec refert si dicas, posse absentem investiri de beneficio per procuratorem, vel nuncium alium pro ipso, quod in præsentibus docetur; non enim hæc duo separantur, sed conjunguntur quasi eadem: sicut nihil refert si dicas, per procuratorem causam agere, vel appellare pro alio posse, ut in l. servis ff. de appell. vel alium appellare posse per procuratorem.

COMMENTARIUM.

- Utm possessio acquiratur per procuratorem, vel domino præsentem, si præsens est, l. donationes 31. §. 1. ff. de donat. l. quod statu liber 41. §. 1. ff. de donat. causa mort. l. si procuratori 28. ff. de procurat. & domino etiam absenti, & ignorantem, l. 1. §. per procuratorem, l. possessio, 49. §. ult. ff. de acquir. possess. & dominium si cum ea conjunctum est, quærat domino scienti, quia

CAPVT XXV.

Idem *Herveo Trecenti (a) Episcopo.*

Dilecto filio nostro P. tituli S. Pudentianæ Presbytero Cathe. dilectis filiis R. de Avalon. cellerario Senonen. & R. de Noa clerico procuratori tuo, auditore concessio, idem cellerarius (b) proposuit coram eo: Quod cum bonæ memoriæ G. Rhemen. (c) Archiepiscopus, tunc Apostolicæ Sedis Legatus, ad Trecent. accessisset Ecclesiam, in qua G. nepoti (d) suo præbendam concedere intendebat, cum nulla penitus vacaret ibidem, dictus cellerarius, non tam ei, quam nobis etiam cupiens in hac parte placere, præbendam, quam in ipsa obtinebat Ecclesia, in ejus manibus resignavit. Qui liberalitati ejus volens postmodum grata vicissitudine respondere, de Capitulo Trecent. assensu, præsentem quoque ven. fratrem nostro Senonen. Archiepiscopo, tam præfatum nepotem suum, quam etiam cellerarium in Canonicum Trecent. instituit;

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.